

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CXII. Differentia 3. Iure civili possidet etiam, qui mala fide possidet,
postquam præscripsit:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

CXII.

DIFFERENTIA 3.

*Iure civili possidet etiam, qui mala fide possidet, postquam prescriptis: l. Siue
in rem, C. de praeser. 30. ann. 1. Omnes, eod. Iure Canonico autem mali
fides possessionem impedit, & prescriptionem, c. fin. de praeser.
c. Ius dictum, de verb. sign. Batt. 133.*

LTAM sacri, quam profani Juris
mentem in c. Si diligenter, de pra-
scription. Gloss. his verbis explicat: Illud
generaliter verum est, quod secundum
Canones bona fides prescribentis ne-
cessaria est, sive de re spirituali, sive de
civili, in fr. eod. c. Quoniam, & supra eod.
c. Vigilanti, & c. Si virgo 34. q. 2. Intelli-
gitur autem bona fides, cum aliquis cre-
dit tradentem esse dominum, vel habere
jus detrahendi, licet erret in facto, l. Bo-
na fidei, ff. de verb. signif. Et haec bona fi-
des temper presumitur, nisi probetur
contrarium, cum lex dicat, presumpsi-
gnorantiam, nisi probetur scientia, l. Ve-
rim, ff. deprob. Quandoque tamen prae-
sumitur contrarium propter denuncia-
tionis vigorem, l. Si fundum, C. de rei
vendic. vel quia mercatur aliquis contra
leges, l. Quemadmodum C. de agrie. & cens. vel
emit a procuratore meo per collatio-
nem, vel quia emit a prodigo, aut luxu-
rioso, cui bonis interdictum est, cum
sciret protinus illam consumptum
pecuniam, l. Qui fundum, & Qui sciens, &
l. Si quis, ff. Pro enet. Quandoque tamen

quis habet conscientiam rei alienae, &
tamen ut caput, ut si decretum Judicis
intervenit, l. Et generaliter, ff. de noxali
act. c. Placuit 16. q. 3.

II. Illud tamen leias, quod non obstat
accipienti mala fides tradentis, l. Anno-
tum, ff. de divers. & tempor. prescript. 10.
vel 20. annorum, arg. contr. ff. de prae-
long. temp. Aut. Mala fidei. Sed illud in-
telligitur de prescriptionibus 10. aut 20.
annorum, ubi bona fides in utraque parte
requiritur. In 30. aut 0. annorum pre-
scriptione secundum leges non nocet:
quoniam completo tempore ad praetrib-
endum legibus constituto non datur
actio cuiquam contra eum, qui prescri-
psit, de qua re latius infra in differentia
7. V. Silvest. & alios Summ. in v. Praescrip-
tio & V. su capio, Navarr. c. 17. n. 82. The-
los. l. 40. c. 4. Faschin. l. 2. c. 3. Gall. l.
2. obs. 160. Roderic. 1. q. 36. art. 3. 5.
Nec aliquid prauidicium. Do-
min. Sotol. 5. de iust.
q. 5. art. 4.

**

CXIII. DIL.